
RECUEIL FACTICE
ORATIONES
PANEGYRICI
DIALOGISMI
EPITHALAMIUM
EXHORTATORIA
MOSCOVITARIUM
RELIGIO.

1495-1619





1 Oratio habita Bononiae. 1507.
2 Oratio in coronatione Ferdinandi regis. 1527
3 De Christiani orbis concordia panegyricus 1540
4 Dialogismi Heroinarum. a petro nannio 15[illegible]
5 Oratio ut succurratur Rhodiis militibus. 1523
6 Oratio de militiae laudibus. Basileae 1518
1519 7 Oratio in laudem matrimonii with Tonstallo 1519
8 Epithalamium per Jasonem Maynum Paris 1495
9 Oratio in electione pontificis ad Romanos.
10 Exhortatoria ad Adrianum ut Romam veniat.
11 De modo divitiis adhibendo oratio. 1540
~~[illegible]~~
12 Panegyricus ad Cardinalem Scotum. 1540
13 Moscovitarum Religio. 1526.

Recueil dépouillé

Oratio habita bononie

coram. sũ: pon. iullio: ii. ac sacro Collegio in die circũcisionis dñi per excellẽtẽ virũ. D. gaufridũ Boussardũ Cenomãnũ / doctorẽ theologũ parisieñ. Sacrarũ litterarũ pariter et humanarũ interpretem Celeberrimum. Mil. CCCCCVII.

41. Ex Lib. S.tae Genovefae 1735.



Venundantur Parhisii in palatio regis sub tertio pi-
lari apud Guillermum Eustace.



Iohannes robertus artium interpres et medicine studiosus eruditissimo theologo. D. gaufrido boussardo parisieñ. doctori S. P. D.


Vm nuper per italiam peregrinaremur / et per bononiã fortuna iter ageremus. Inter sermocinãdum de re litteraria cũ nõnullis eruditis viris de te excellentissime doctor / tuisq; argumentationibus bononie Rome et papie non sine gloria studii nostri parisieñ. factis / sed tandem maxime de oratione illa tua quam coram Sum. pon. sacroq; collegio habuisti / tanta audiuimus in laudem & gloriam tuam / vt summo extunc desiderio exarserim / exardescamq; adhuc & te alicubi offendere et causa vegetandi leuandiq; animi orationem illam tuam videre et legere, Itaq; cũ te nusq̃ apprehendere potuerim. Iam enim ex vrbe discesseras quando illuc appuli per viscera misericordie dei nostri per veterem item beniuolentiã i me tuam cuius memoria nulla temporum longitudine oblitterari / nulla locorum itercapedie deleri poterit oram⁹ & rogam⁹ / imo obsecram⁹ & si sinis obtestamur: vt orationem illam tuam / per hunc hannibalem fidum discipulum nostrum / qui et litterarum amantissimus est / & iã in illis haud vulgariter iniciatus / nobis mittas: confestim impressoribus vt in lucem pluribus exeat tradendam. benefacies si in hac prece nostra nos exaudias. Sic enim & amicis quibus semper fuisti audientissimus facies satis. Et plerisq; studiosis (qui nomine tuo audito non parum concupiscunt orationem illam tuam legere) gratificaberis. Vale ex viterbio. X. cal. iunij.

Gaufridus Boussardus cenomãnus doctor theologus Parisieñ. Io. Roberto bonarũ artiũ studiosissimo. S. D. P.

Optime Ioannes/& tibi vt feci semper complacere desidero: & qđ nũc a nobis postulas prestare nõ audeo. petis oratio=nẽ illã nostrã quã pxima hieme de mãdato põtificis coraȝ ipso & sacro collegio totaqȝ curia bononie habuim⁹: posse te mittere ad magistrũ nřm christũ: eiusqȝ in hac re vsurpare respõsum qđ filijs ȝebedei orãte pro illis matre ipse dedit. Nescitis inquit qđ petatis profecto mi ioãnes/ioannes inq̃ doctissime mi/nescis qđ petas. petis rẽ ridiculã/rem indignã q̃ videat/& a viris psertim doctis legat. Sed & preterea: cuius recordatio sp igrata est nobis et tediũ facit fereqȝ bilẽ cõmouere solet: nimirũ supra modũ tũc nos cõturbauit: qñ qdẽ triduo priusq̃ a nobis pnũciaretur delat⁹ sũ ad cardinales: delat⁹ sũ & ad ipm sũ. põ, quasi mordacul⁹ parisieñ. (vt verbis eorũ vtar) primã illã sãctãqȝ sedẽ ipm videlȝ põ. sũ. reuerẽdissimos quoqȝ D. cardinales mordere & maledictis lacessere venisse. ob idqȝ cõtinuo a põ. vocat⁹ veni pn⁹ ad pedes scitatis sue nõ de dictis sed de dicẽdis rationẽ redditur⁹, Tabellas codicellũqȝ mecũ ipe ferebã: quẽ mox i manib⁹ põtifex ipse cõprehẽdẽs/pide ac aliqđ grãde negociũ foret cardinali senogalieñ. ac magro sacri palatii examinãdũ cõmisit. Receperũt/legerũt/nil tãdẽ in codice cauterio dignũ (dño bene vertẽte) iuenerunt. Etenim quemadmodũ põ. sũ. nõnullisqȝ cardinalib⁹ ad quos fuerã delat⁹ igenue dixi/ nõ erã adeo demẽs/nõ erã adeo delirus vt de parisijs in curiam venisseȝ vt illã carperẽ arguerẽ aut morderẽ. Hec sũt optime ioannes que deterruerunt me effeceruntqȝ ne ederẽ/neue prefatã orõnẽ nostrã vltra i lucem prodire sinerem: verũ quia tã vehemẽter vrges ne de nobis queri possis: neue aliquid cõtra iura amicitie fecisse videar: mitto eã quam pfecto nimis instãter postulas: ad id maxima ex parte illect⁹ imo vere persuasus dulci huius adolescentis quem ad me misisti alloquio. Cui⁹ tantus in ore lepos tanta in loquendo suauitas/tanta deniqȝ in tota facie & omni corporis parte modestia & venustas: vt postq̃ audiui loquẽtẽ nihil illi negãdũ putauerim: meipm si voluisset habuisset tulissetqȝ. Certe me pene inuitum & repugnantem traxit in sẽtẽtiã: habe ergo qđ petisti. Sed ea lege vt nũq̃ orõnẽ illã tradas imprimẽdã. Nolo ineptias meas vltra propalãdas iri. Satis supqȝ fuerit illas in tanta virorũ corona semel vulgasse quod amplius esset a malo esset. Orationẽ igitur nostrã q̃tulacũqȝ est lege vt voles: at vbi legeris cõfestim fac aut ad me redeat: aut vt perpetuo conquiescat silentio in loco obliuionis reconde. Et vale ex Florentia. v. cal. Iunii, M. ccccc. vii.



Oratio habita Bononie corã sũ.pon.Iulio.ij.ac sac o collegio i die circuncisionis dñi per excellẽtẽvirũ.D. gaufridũ boussardũ Ce = nomãnum doctorem theologũ parisieñ sacrarum litterarum pariter & humanarum interpretem celeberrimum.M.ccccc.vii,

SI Hieremias spiritu sancto Repletus adhuc exvtero matris sue/Impositum sibi a domino prophetandi & predicandi munus ferme recusauit vtcũq3 sit formidolosus apparuit inquiens.A.a.a.dñe nescio loqui.Si.M.Cicero/Crassus a= liiq3 pmulti id gen⁹sũmi oratores in initio dicendi subtrepidasse le= guntur.Quid o bone deus/quid o celeberrimi patres debeo nunc de me existimare futurũ?Quippe qui aduena & peregrinus suggestum hoc audeo conscendere ad orandũ:qui in cõspectu tuo altissime Iuli verba facturus aduenio?qui in tantorum concessu virorum labia ape rire non formido.Et in hac terra que infantes latinos gignit:disertos facit:& ex ipsis etiam cunabulis ferme dico maternis exvisceribus sũ mos edit oratores.Et in hac insigni ciuitate que sine controuersia an tiqua litterarũ parẽsviris sp doctissimis abundauit:et ita abundauit vt etiam totas gallias in artibus humanitatis erudierit docuerit illustra uerit.Consideranti sane mihi hec eadẽ et ad hunc dignissimum or= natissimũq3 concessum animum mentẽq3 referenti nõ parũ formi= dinis suborttũ est q̄ scirem nihil tã cultũ aut expolitũ a nobis afferri posse qd̄ non obscurũ inconcinũq3 apud tãtos hoiesvideretur Terre bat me primũ maiestas tua atq3 sanctitas.o Iuli op.max.q̃ cũ sit i se omni ex parte magnifica ammirationeq3 dignissima tantorũ corona virorũ redditur illustrior nobiliorq3 Quippe qui ex oib⁹ quos vbiq3 excellentes tot⁹ habebat mundus excerpti fuerunt & electivt tibi assi stant oms clarissimi:omnes doctissimi:oms põtificio dignissimi. Quos cũ intueor rubeo galero conspicuos expauesco pre gaudio:ni hil in me remanet virium totus demum exulto:& in laudem creato= ris exurgo q tãtos talesq3viros simul congregauit invnum ad gubẽ nãdãvna tecũ petri nauiculam q̃ certe naufragiũ facere nõ poterit tã= tis adiuta remigib⁹.Cyneas ille pirrhi epyrotarũ regis legatus q̃ aucto re plutarcho romanũ senatũ conspicatus illũ ex regibus cõstare dixit Si hac etate nostra renatus contẽplaretur hũc quẽ cernimus reuerẽdis simorũ.D.Car.amplissimũ cõsessũ,pfecto nõ regũ:nõ ipatoꝝ:sed po tius deorũ diceret esse collegiũ.Quid etei aliud sũt reuerẽdissimi.D. car.q̃ humana numina:terrena sydera:& religionis sacrosancta fasti= gia,Terruerunt me profecto prelibata & fere ab meditato ope de

terruerunt:& eousq; vt libenter hodiernum dicendi munus in aliquē alium reiecissem qui & copiosius hoc prestare potuisset & ornatius: ef fecissemq; nisi excellentia & sctitas tua (cui repugnare nefas) ad id me cogisset o max. Iuli & sua auctoritate religasset: tandem tn̄ hoc vnum animum meū leuat minuit formidinem et ausum prebet q; apud eos homines sum verba facturus qui vt sunt doctissimi ita nouerunt alioꝝ portare infirmitatem excusareq; errata: suā dignitatē amplitudinēq; potius q̄ dicentis exiguitatem ingenii reputantes. Itaq; qm̄ animante tuba galeatum sero duelli penitet Tua beatitudine pater vestraq; reuerendissimi reuerendiq; dn̄i ac prestantes doctrina viri humanitate freti demus vela ventis. diuinum primo implorātes auxilium: vt que mēte concepimus illa coram effari valeamus. Ab pientissima maria auspicatissimū sumētes exordiū dicentes. Aue gr̄a plena dn̄s tecum.

PLurima vltro sese offerunt de mysteriis sacre huius solennitatis differenda de circuncisione scilicet loqui possumꝰ in qua iterum multa cōdūtur archana et plurima latent sacramenta. Dicere eni possumꝰ de circūcisionis origine & primaria institutione de eius efficacia & virtute: de eius duratiōe et pleris q; aliis id genus que a sacris doctoribus abunde tractantur: sed hec nunc ab oratione nostra circuncidentes & quodāmodo relegātes ad mirificum nomen iesu qd̄ hodie christo dn̄o īpositū extitit conuertamur Illud ꝓ fundamento assumentes qd̄ nuper cū euangeliū legeret audiuimꝰ Et vocatū est nomē eiꝰ iesꝰ. Quod verbū primū de ipso xp̄o filio dei explanando percurremus. Demum & tibi o beatissime Iuli applicantes in his duobꝰ orationi nostre finē īponemꝰ. Dicā autem ea strictim & exactius/ vt si oratio nostra ope ingenii orantis parum concinna appareat/ Ipsa vel breuitate placeat tametsi plus cupiam prodesse moribus q̄ cōplacere auribus. Institutū itaq; nostrū prosequentes huiꝰ mirifici nois iesu significationē pꝛiter & excellētias dicere pgamꝰ

HOc nomen iesu hebreum est saluatorē signat eoq; conuenientissime ipsi xp̄o impositū fuisse perspicuū est: qm̄ saluū fecit populū suū a peccatis eoꝝ. Etenim si res subiecta vocabulo persone cui inditū est minime conuenerit malā cense noiationē: incōgruā vocationem: ineptam appellationem. Quid eni ineptius q̄ si debilē & imbecillem appelles sansonem: pigmeum gigātem Aut stolidum salomonē? Ac qm̄ xp̄s dn̄s noster sua ineffabili bonitate nos redemit et saluauit ideo conuenienter hoc nomen iesu qd̄ saluatorem signat ipsi īpositū extitit iuxta illud qd̄ initio diximꝰ & vocatum est nomē eiꝰ iesus. Caueamus ne vsurpemus noia quorū significata non habemꝰ: habes nomē petri: sis in fide stabilis sis & agnoscēs.

Agnosce inquit scriptura vultũ pecoris tui & greges tuos cõsidera. Appellaris Iohãnes sonat gratiam. vide si habeas. Iacobus vocitaris. Iacobus luctator est: ergo viriliter age fortiter dimica et luctare cõtra vicia Caue demũ ne de te dicatur nomẽ habes ꝙ viuas & mortuus es. Es p̄sbyter/abbas/ep̄s/archiep̄s/cardial'. pulchra certe vocabula oblectãt nos appellationes nec iniuria si earũ retineam⁹ significationes honores portendũt & onera plurimũ mellis hñt fortasse pl⁹ & fellis. vis scire: appẽde ambo in statera honorẽ dico & onus & illis equa lance trutinatis tũ cognosces vtrũ eorũ grauius apparebit. Itaqꜫ p̄sbyter es: abbas/ep̄s: benefacies si digne iplebis horũ vocabulorũ significata harũ dignitatũ officia. Presbyter es: prebe alijs iter non tam verbo q̃ exemplo non tã dicendo q̃ faciendo. Cepit eñ iesus facere & docere. Presbyter es: laudo sacerdotiũ tuũ si puro corde calicẽ salutaris accipias. Si mente sincera noie dñi inuocato digne sacrifices sacrificiũ laudis. p̄sbyter seniorẽ sonat/nõ tã annis q̃ meritis plus moribus q̃ tẽporib⁹. Abbas es abba pater. pater es monachorũ. tuos ergo guberna monachos. Monachus auctore Iero. plãgẽtis hꜫ officiũ et solitarii nõ docẽtis. Nõ sinas ergo eos gyrouagos totũ p mũdũ cursitare: pricipũ curias cũ aulicorum fastidio & ituentiũ cachino frequẽtare: totos dies publicas terere stratas/& palatiorũ ambulãdo mẽsurare pauimenta. Sed coge eos in claustra. Et si potes ad rectã sui ordinis normã forma & religa. Ad hec & abbatie restaura ruinas: prio morũ post murorũ: cõmẽdatã ei accepisti nõ comedẽdã. Es ep̄s: ep̄s supintẽdẽs. Credito supintende gregi vt in nouissĩa tuba: qñ celi mouendi sũt & terra qñ venerit filius hois in sede maiestatis sue xp̄s dñs/ep̄s aiarũ nostrarũ/& põtifex futurorũ bonorũ: Ergo nunc cõmisse supintẽdito plebi vt tunc rogãti iudici & abs te q̃renti/vbi est grex qui dat⁹ est tibi dicere possis ecce assũ. Quos dedisti mihi nõ pdidi ex eis quẽquã rñdere eni habes solus iudici/q nullis flectetur p̄cib⁹ q nõ verebitur magnitudinẽ cuiusqꜫ: qm pusillũ & magnuꜫ ipe fecit. Et qui abs te exiget inquit scriptura/quicqd etiã furti de grege pibit: quiqꜫ pdite ei⁹ sãguinẽ ouis de manu tua requiret. Nõ sũt hec iuẽta patres/sed sacra diuinaqꜫ verba & ex armario scripturarũ deprõpta. Nõ sũt inuẽta sed scripta Et scripta qdẽ stilo ferreo sãguine hyrcio in vngue adamãtiuo. Scriptũ ei nõ videbis faciẽ meã nisi etiã fratrẽ tuum minimũ tecũ adduxeris. Vide nũc si aliquis de grege tuo errauerit in iuio & nõ in via & ob negligẽtiã tuã pierit. si pierit/erit aia tua ꝓ aia illius. nec exibis ide donec reddas. nouissimũ quadrãtem. Tuba certe diuini tonitrui alte satis sonãs & q̃ sũmo pressũ sõno excitare valeat. Satis eẽt ꝓ suis dãnari peccatis. Res horrẽda nimis/Aliẽa ferre delicta. Aliẽa soluere debita. Et tñ celũ et terra trãsibũt verba aũt illa nõ trãsiẽt

Es archieps/ad sinodos ꝓuīciales subiectos coge suffraganeos: vt errata corrigant/& p ꝓuīciā tuā deformata te adhortāte& dirigēte ad patrū regulas emēdent.Demū es cardinal'(qd ad cumulū honoris.post pōtificatū tibi mea snīa cedit)Cardinal' a cardine dr.vn̄ q̄admodū vniuersa orbium machina/& tota celorū moles sublimib⁹illis appēsa vertícib⁹desup voluit/quos nūc polos nūc appellam⁹& cardies.Ita quoqȝ grādia & excelsa celi.i.eccl'ie negocia a reuerēn.d.car.vehunt & portātur:& vt ita dicā sup eoꝝ hūeris voluūtur & rotāt/eoꝝ sapiētia digerūtur/& cōcilio decernūt.dn̄i em̄ sūt cardines terre & posuit sup eos orbē.Porro & q de morib⁹scripserūt philosophi de toto virtutū choro.iiij.eximias signauerūt veluti p̄cipuas ac aliaꝝ duces & reginas.qppe sub quarū signis reliqu⁹oīs virtutū militat exercit⁹.Illas appellari voluerūt cardiales:q͛.s.Reuerēn.d.puniceo gallero rutili eas potissimū sibi efficiūt familiares & hn̄t cōtubernales prudētiā iusticiā:fortitudinē tēperātiā.Ergo es cardialis:stabilis esto ī fide & p͛seuerās vsqȝ ad mortē. In cui⁹signū birretū coccineā & capellū gestas purpureū recte cōsule apl'ico,Si p͛seferis vulpeculas q̄ demoliri tētāt vineā dn̄i sabaoth nō permittas eas īgredi agrū eccl'ie:sed ascēde ex aduerso & oppone te murū ꝓ domo israel:pricipū preces nisi quaten⁹rōne nitant audies q̄dam sed nō exaudies.Scrip.ē ei Noli velle fieri iudex/nisi virtute valeas irrūpere iniqtates.De te aūt o btīssīe iulí/ nolo ꝓferre sermonē:nolo pōere os ī celū/sciēs scriptū esse:q̄ tetigerit mōtē lapidabit. Absit vt de te iudiciū ferā q abs te debeo iudicari Ipse te iudica q solū iudicē hēbis deū qui ei te iudicat dn̄s est.hoc vnum tantum cum bona venia sanctitatis tue dixerim⁹Scriptū ē iudiciū durissimū ijs q̄ p̄sūt fiet:fortiori b⁹fortior īstat cruciatio & potētes potēter tormēta patiēt.Igī currem⁹ oms/vt sicut xp̄iano noīe cēsemur ita quoqȝ rē noī subiectā habeam⁹: xp̄iani sum⁹xp̄iāe viuam⁹.Et sic xp̄m imitabimur de quo vere dī t ꝓpheta scd̄ȝ nom̄ tuū sic & laus tua.lō bn̄ ī initio dixim⁹vocatū est nomen (ei⁹ iesus.

Ois īpōeȝ p̄misim⁹:nūc excellētias dicere ꝓgam⁹:de quo deuot⁹bernar.dicit.Nō est fr̄es istud casualiter iuētū/nō fortuito īpositū:sed a deo noīatū ab angelo nunciatū/a ꝓphetis p̄nūciatū/ab apl'is p̄dicatū a creaturis oīb⁹adoratū/& ab oīb⁹iuocādū.Porro hoc mirificū nomē ies⁹/est virtute efficacissimū,est egrotātib⁹ī remediū/dedit ei cecis visū surdis auditū claudis gressū/egris sanitatē:mutis loquelā:q̄d vis dedit & mortuis vitā.In noīe meo iqt xp̄s demonia eiicient:līguis loquēt nouis:serpētes tollēt:sup egros man⁹īponēt & bn̄ habebūt·Est tribulatis ī solatiū.Nā ibant apl'i gaudētes a cōspectu cōsilii qm̄ digni habiti sunt ꝓ noīe iesu cōtumeliā pati.Est postulātib⁹ī suffragiū dicente xp̄o quicq̄d petieritis patrē in noīe meo dabit vobis.Est pugnātibus in auxiliū:in-

quiēte ꝓpheta. In noīe tuo ſpnemus inſurgētes in nobis. vñ mēorieꝓ ditū ē: q̄ plurimos martires: cū in mediis tormētis hoc mirificū nomē ieſu inuocaſſent: cōtinuo nouas vires corpotibus recepiſſe: & tanq̄ ablutis p confeſſionē noīs dolorib⁹ recentiores illos ſurrexiſſe ad agones. Deniq; hoc nomē ieſu: tā potēs eſt & tā mirificū: vt nō ſolū cecos illumiauerit: claudos erexerit: egros ſanauerit: mortuos ſuſcitauerit: mōtes trāſtulerit. Sed & ydola pvniuerſū orbē cōminuit ſana deſtruxit: ſacras edes edificauit: paganos ad fidem conuertit: totum deniq; mūdū ſine armis xp̄o ſubiecit. qđ vis hoc nomen eſt op̄s. Nā op̄s nomē ei⁹ curr⁹ pharaonis & exercitū ei⁹ ꝓiecit i mare. Ergo nomē iſtud recedat a corde: nō recedat ab ore. Recōdat̄ i pectorib⁹, depiguat̄ ipa rietib⁹: ſcribat̄ i codicib⁹: exēplo pauli qui ei⁹ nois virtutē nō ignorās: ep̄l'as ſuas noīe illo int⁹ & i tergo repleuit. Et ita vt ſexcētis in locis & ſupra ip̄m in libris ſuis exaraſſe cōperiatur, cui ꝓ mercede dn̄s hoc repēdit vt i morte, Sacra ei⁹ ceruix ferro ceſa nomē ieſu clara voce inſonuerit Ignacius quoq; cū in cōfeſſiōe hui⁹ mirifici nois glorioſ⁹ martyr occubuiſſet: & diri carnifices per beluinā feritatē cor eius ꝑticulas conſcidiſſēt ꝑlibatum nomē ieſu litteris aureis cordi inſcriptū cūctis mirātibus iuenerūt, Hēas igr̄ ſp hoc mirificū nom̄ ieſu tecū i ꝓcellis i aduerſitatib⁹: i neceſſitatib⁹ cūctis. ſi iſurgūt vēti tētationū: ſi icurris ſcopulos tribulatiōis ad nomē ieſu cōuola. Illud cogitās nō erras: illđ meditās nō deuias. illđ iuocās nō corruis: ſed ſaluaris: ita vt reip̄a ꝑcipias verū eē qđ initio premiſim⁹ q avocatum eſt nomen eius ieſus.

Secunda pars,

HOc mirificū nom̄ ieſ⁹ recte xp̄o fuiſſe ipoſitū ſupiori orōnis pte vtcūq; oñdim⁹. Nūc vt nr̄e pollicitatōi vreq; expectatōi faciam⁹ ſatis reliquū ē videre, ſi tibi o btiſſie Iuli id verbū adaptare poterim⁹: ita vt ſicut de te dr̄ vocatū ē nom̄ ei⁹ Iuli⁹ ſic quoq; vere dici poſſit vocatū ē nomē ei⁹ ieſ⁹. Inſtrum̄ti veteris hyſtoria aliquot viros hoc noīe ieſu iſignitos cō mēorat: prim⁹ & p̄cipu⁹ ioſue fuit q p⁹ mortē moyſi gubernator populi iſrael pertranſito iordane et deturbatis per orbem hoſtibus ip̄m introduxit in terram ꝓmiſſionis: quam victori populo diuiſit i funiculo diſtributiōis. Si ioſue meruit hoc mirifico nomīe ieſu iſigniri, & ſaluator appellari: qa. ſ. ppl'z iſrl' a ſeruitute liberauit ſapienter gubernauit & eidē p̄libata aliaq; nōnl'la beneficia cōtulit ꝓfecto o iuli btiſſie tibi hoc nom̄ iure poterit adaptari. Quippe q expugnatis det̄batiſq; potēter eccl'ie hoſtib⁹ ppl'z bononiēſē a dura qua primebat̄ ſeruitute liberaſti: & eidē diu ablatā libertatē (vet⁹ ciuitatis iſigne) reſtituiſti. Iā dicim⁹ bn̄di. q ve. i no. d. bn̄di. certe: qa vi. & fe. re. pl. ſue: vt ſn̄ tiore de ma, inimi. no. li. deo ſeruiam⁹ & tibi Magna ꝓfecto ſūt

hec:sed iter vt speram⁹ ad maiora: magnū esset si accinct⁹ gladio sup femur tuū potētissime etiam ī hostes fidei arma moueres & gentē auferres pfidā credētiū de finib⁹. Scio q̄ res nō parui sit mometi & quā etiā multi p̄decessores tui tētare aggressi sūt:nec ex voto res successerūt: clarius dicamus et parū profecerunt. Sed quis scit si hāc tibi domi nus prouinciā reseruauit:si in pontificio tuo sit populū suū liberatu r⁹ i manu potēti & brachio excelso? Quis ei posuit terminū miseratio nis dñi:aut qs temp⁹ ei cōstituit? Nō est abbreuiata man⁹ ei⁹ sed sēper man⁹ ei⁹ extēta. Quis scit si ppe sit tēpus liberatiōis et adesse festinēt tpa? Quis scit in tp̄e tuo restiturus sit regnum israel? Scimus q̄ ppter pctā nostra multa iratus est dñs in populum suū et abominatns est he reditatē suā. Sed forte vult nūc propicius esse terre populi sui. Nō enī dabit ineternū fluctuationē iusto. Nō iperpetuū irascet:neq̄ ineternū cōminabit. Sed cū irat⁹ fuerit misericordie recordabit. Certū habem⁹ ex scripturis q̄ iudei cōuertent ad vesperā et famē patiēt vt canes. Nā dicit scriptura: reliquie israel salue fient. O si tp̄e tuo sacerdotū maxime iuli istud cōtigeret. q̄ta laus q̄ta glia q̄ta honorifi cētia. Scio vt dixit q̄ negociū grāde est:plurimū difficultatis hñs:et magno cōsilio:magno q̄ auxilio egens:sed magnos magna decēt. Et qs magnus in terris si cut iulius noster? magnus maior maximus:magn⁹ sacerdos / maior episcopus / maximus pontifex:magnus in sacerdotio:maior in episco pio / maxim⁹ in pontificio / magnus in experiētia maior in sapiētia ma ximus in potētia. Tu priceps eporum tu heres apostolorū / tu primatu abel / gubernatu noe / patriarchatu abraham / ordine melchisedech / dignitate Aaron / auctoritate moyses / iudicatu samuel / potestate petrus / vnctione christus. Tu es cui claues tradite sunt / cui oues credite sūt. Sunt quidem & alij celi ianitores et gregum pastores: sed hñt illi assignatos sibi greges:singuli singulos:tu autem habes vniuersos. Non modo ouium sed & pastorum omnium tu vnus pastor. Tua par rochia est orbis: extenditur a solis ortu vsq̄ ad occa sum ab aquilone & mari:a mari certe vsq̄ ad mare: et a flumine vsq̄ ad terminos orbis terrarum. Grex tuus hoc mare magnum et spaciosum manibus. parthi:medi et elamite:et qui habitant mesopotamiam: iudeam:et ca padociā:et q̄ sequūtur. Quid vis pusilli et magni:reges terre et omnes populi principes et oēs iudices terre: iuuenes et virgines senes cum iu nioribus orbe exeundum est (inquit Bernard.) ei qui explorare vellet que non ad tuam pertinent curam que non ad tuam spectant parrochiam. Quis audiuit vnq̄ tale: aut quis vidit huic simile? Hec magna sunt viri prates et suapte natura a spici cognosciq̄ di-

gnissima diuina sũt gloriosa sũt magnifica et mirifica. Et que primo te nor[illegible] hoiem vertũt i stuporẽ. Sed & nos i laudẽ creatoris excitare & ani mare debent: magn⁹ certe dominus et laudabilis nimis qui dedit talẽ ptãtem hominibus. Vere magna sunt hec beatissime pater: magna ꝑfe cto et excelsa. Sed credo ꝙ ꝓpter hec/dñe nõ est exaltatũ cor tuũ: neq; elati sunt oculi tui: neq; ambulas propterea in magnis neq; in mirabili bus super te. Quinimo de te humiliter sentis: sciens cum salomone ꝙ homo mortalis es similis nobis: non natus pontifex sed factus. Et quem excelsus super omnes gentes dominus ꝓ moderatione ecclesie sue sancte cũctis ꝑtulit mortalibus. Cuiq; de bonitate sua vices suas di misit/oues cõmisit/aias cõmẽdauit: pro quibus hodie tenellus et puer ꝑciosũ cepit effũdere sãguinẽ: & fact⁹ vir nõ dubitauit manib⁹ tradi no centiũ et crucis subire tormentũ. Tanta certe de te et de pontificio tuo sũmo dici pñt et scripta sũt beatissime iulli vt vix ea tot⁹ capiat mũd⁹. Que cum in parte legissem i parte aliis narrãtibus audissem nichil du rum nichil graue putaui modo te semel viderem. Caput orbis & vr bis i solio residẽtẽ dyademate renitẽtẽ/quo coronauit te mater tua scta sc; Ro. eccl'. simul & cõtẽplarer hũc sacrũ põtificiũq; senatũ/hoc sacrũ collegiũ. hos scil; isignes purpuratosq; viros. Reuereñ colẽtissimosq; dños. Atq; ordinẽ vniuersũ hui⁹ sãcte sedis ꝓuocat⁹ exẽplo regine sab ba q̃ vt sacra cõmemorat hystoria audita fama salomonis relicto regno larib⁹ et domo venit ad regẽ salomonẽ: et ingressa hierusalẽ cũ vidisset domos quas edificauerat et habitacula seruorũ et ordines ministran tium & olocausta q̃ offerebat in domo dñi insup & audisset eum mi ra cũ dignitate sup enigmatib⁹ suis disserentẽ: ammirata eius sapienti am expauit nec habebat vltra spiritum. Non dat vicio sed laudi regine illi sabba ꝙ a finibus suis egressa venit videre regem salem. et ecce plusq̃ salomon hic. Dicam igitur de te o Iulli opomon max. dicã & de vobis reuerẽdissimi domini de vestraq; tota nobili curia q̃ dicebat regina illa. Verus est sermo quem audiui in terra mea super honorificentia vestra. Non credebam narrantibus michi donec ipse veni et vidi oculis meis et probaui ꝙ media pars michi nunciata non fuerat. Maiora sunt que video q̃ rumor quem audiui: propter que tan ta fide/tanta beniuolẽtia/tanto deniq; affectus sum amore pusill⁹ ego/ in hanc sacram sedem/in hoc sacrum collegium pontificiumq; sena tum vt paratus sim queq; dura perpeti/q̃d vis in vitam & in mortẽ ire pro defensione sui clari nominis paratus sum/et demum contra quẽ cũq; si forsan audaculus aliquis per suam improbitatẽ iura huius se dis temerare præsumeret certamine litterario pro mea virili dimicare

Quod si vnq̄ alias dabitur michi dicendi locus noctes ducam insomnes / manibusq; pedibusq; vt dicitur conabor : vt hanc sacram sedem / hunc excellentem pontificiumq; senatum dignis valeam ornare titulis / celebrare laudibus / illustrare preconijs. Habebamq; iā nonnulla in manibus / ipsa sui contemplatione cognitu non indignaque tamen consulta opera conticēda censeo Quod etiam iam cauendū esse receptui et angustia temporis nos admonet: et sacre huius capelle nutibus insinuant censores: quibus q̄ summam in his hn̄t potestatē parendum putaui. Custodiat ergo te o Iulli pon. max. dominus cuius vices geris: protegat visitet & defendat. Custodiat inq̄ te cum sacro collegio / cumq; tota nobili curia tua. Qui dedit ingressum dirigat progressum / custodiat egressum & exitum ex hoc nunc & vsq; in seculū. Mittat tibi dominus auxilium de sancto / mittat tibi de sede magnitudinis sue sedium suarū assistricem sapientiam vt tecum sit et tecum laboret ad gubernandas congregationes tibi cōmissas: vt eas tandē perducere valeas in montem sanctum suum et in tabernacula sua : vbi erit vnum ouile et vnus pastor christus dominus: qui viuit et regnat & imperat per infinita seculorum secula.

Deo gratias.·:

